











id venientes jure cuiusdam legalis ac præcipue successione...

Agnolescentes actoris Advocati has verè insuperabiles difficultates...

Prout ex factò correebat alterum, quia in capitulis vel instrumento...

ROMANA DOTIS, ET AUGMENTI PRO GALVANO URGERIO CUM ANTONIO DE BENEDICTIS.

Responsum pro veritate.

De regula, ut dos data primo viro censetur etiam constituta secundo...

Dato expressè vel presumptivè in dotem usufructum, vel alio jure vitalitio, quid restituendum sit per virum...

SUMMARIUM.

- 1 Facti series. 2 Lucrum tanquam pars quotativa dotis præteritis non potest nisi ex eo quod est dos. 3 Regula ut dos constituta primo viro censetur etiam constituta secundo...

muliere simpliciter nubente censetur omnia dedisse, quamvis alia dicta regula intraret.

- 10 Quando dotans tenetur de ditione remissior. 11 Si bona data in dotem sunt ditione naturæ, ita non ex omnibus restantibus remissior. 12 De alio casu, & quando donatio ex causa augmenti dotis importet veram dotem.

D I S C. CXLII.

Iner Bernardinum, & Hieronymam contractum fuit matrimonium, constituta per Andream, & Antonium Hieronymam germanos fratres...

Disolutum fuit matrimonium per mortem Bernardini sine prole, unde Hieronyma, nulla præcedente dotis constitutione, secundo nupsit Galvano...

Respondi decisionem pendere à puncto, an dictum augmentum censetur datum necne in dotem secundo viro...

Et in hoc punctualiter Natta conf. 571. agendo de simili dote auroreum 6. mil. constituta per mulierem, cui vir augmentum fecerat scutorum bis mille...

Histamen non obstantibus, in hac facti specie contrarium verius dicendum esse censui; sicquidem Surd. d. conf. 196. incidenter loquitur, aliam questionem tractando...

Eandem distinctionem addidit Mant. de tac. lib. 12. tit. 26. n. 39. in fin. eademque cum Sardo ubi supra sequitur Hodier. in d. leg. hac edita, §. 2. n. 10. atque videtur genuina legalis veritas...

Si enim ponderentur fundamenta Nattæ plenius reassumpta per Surd. d. conf. 397. constat omnia in eo consistere, quod revera non sit dos, sed donatio propter nuptias...

ista scuta 4. mil. constituerent dotem, ita ut ea ex tunc esset scutorum 14. mil. computando reliqua 4. mil. ad pompam simulata, atque nisi vir alijs ex pacto providisset...

Clarius verò hæc procederet dicebatur, quando inter virum, & mulierem concurrebat aliqua inæqualitas, ad cuius compensationem dictum augmentum referri posset...

Cæterum quantumvis præmissa per meo iudicio vera essent, attamen quatenus pertinet ad applicationem, non percipiendam questionis effectum, ideoque dicebam quod secundum virum non esset bene consultum in huiusmodi questione assumenda.

Cum enim hæc rata non pertineret ad mulierem, ejusque hæreditatem in præteritis, sed in solo usufructu hinc proinde non bene vir suam præteritionem restringebat...

Probabilis autem mihi videbatur, quod idem vir præterendere posset quod integer usufructus pro tempore durati matrimonii perceptus, vel assequendus, ad se spectaret...

Quæstio autem in proposito esse solet super factò, seu applicatione distinctionis, an scilicet ipsius juris, seu commoditatis, vel potius ipsi fructus dati essent in dotem...

fusione, Boss. eodem tract. de dot. c. 16. ex num. 32. cujus questionis decisio pendere videtur ex particularibus facti circumstantiis prudentis iudicis arbitrio pensandis...

Parum autem probabilem censui ejusdem viri præteritionem assequendi lucrum ex lucro Statutario, quod Hieronyma fecit in bonis Bernardini primi viri in quarta parte dotis scutorum 6. mil. quoniam isto casu verè ac proprie intrat superius examinata authoritas Nattæ conf. 571. magis communiter, ac ferè per omnes recepta...

Neque relevare credebam, quod ob conspicuam ac dignam viri qualitatem, omnia mulieris bona juxta unam opinionem censentur data in dotem, quoniam quidvis quid sit de substantia ipsius opinionis, quatenus ea recipienda esset, procedit in ea muliere, que nunquam certam dotem constitutam habuit...

Prout minus probabilem censui ejusdem viri præteritionem assequendi fructus dictorum scutorum 4. mil. augmenti, ex ipsamet antiqua dote Hieronymæ, vel ex aliis istius bonis, quoniam si censetur datum in dotem illud jus, quod ipsi mulieri competebar, & quatenus illi competebar, non videbatur, cui fundamento hæc præteritio inniteretur...

Minusque in hac specie intrare videbantur termini questionis agitata in Foroliviensi. sciri dotis 26. Januarii 1659. & 26. Novembris 1660. coram Certo, & de qua supra in Tudertina luci 137. & in aliis, quoniam id procederet, ubi ex bonis in dotem datis, partim essent libera, partim verò tali vinculo obnoxia, quod ex eis lucri detractio sequi non posset...

In quadam verò alia causa disputata in Tribunali A. C. inter mulierem, & creditores viri occasione donationis quam sub nomine augmenti dotis, vir post jam constitutam dotem, & contractum matrimonium fecerat uxori in summa dote æquivalenti, cum donatio facta esset in loco extra districtum Urbis, unde properet non intrabat Statutum 135. quod tollit etiam vim juramenti, cujus ratione in foro jam receptum est cessare prohibitionem à jure civili restantem.